1193 opponerent ~~[illegible]~~ se imperatori, et quia sicut dicitur nullus in regno, sed quilibet in errore consortem sibi querit, hoc illi sequentes miserunt ad ducem Premizlaum rogantes, ut id ipsum cum eis saperet, quod ilico se facturum promisit.) | Non latuit hoc episcopum, quod statim ad aures detulit imperatoris. Cuius ille verbis nimium credulus prefatum ducem P(remizlaum) tamquam lesę maiestatis et ledendę personę reum ducatu Boemię abiudicavit[x] et pro eo episcopum cum vexillis, sicut mos est, sollempniter investitum in Boemiam remisit, insuper et omne debitum dimisit.[1] Fama huius facti adventum eius longe ante precesserat, cum ecce Boemi nostri maiores natu, ut ipsi oculata fide perspeximus, ducem suum vanis seducebant spebus iurantes et filios suos dantes obsides, quod eum nullo modo desererent, nulla necessitate dimitterent. Verum ubi nunciatus est adventus episcopi procedunt quidem cum duce suo facturi fidem verbis suis, set cum venissent ad locum, (cum episcopus esset na Zdicz[2]) in quo multorum revelande fuerant cogitationes, na Beron,[3] ilico transfugiunt ad episcopum unus post unum incipientes a senioribus. Et dux quidem P(remizlaus) fugę presidio salvatus est, at episcopus (magno) precedentium ac comitantium tripudio deductus est Pragam, quam post quatuor mensium obsidionem tandem in quinto recepit, scilicet imminente festo dominicę nativitatis

f. 111, A. f. 27

) Quod sequitur, verte duo folias et invenies. Der Anfang steht nämlich auf einem [illegible] Blatt des [illegible]

) mit Verweisungszeichen von and. Hand am Rand P Ged.

) über multorum rev. übergeschrieben P

) auf Rasur, danach Lücke P

~~1) Schon die Teilnahme Přemysls an der Fehde des Grafen v. [illegible]~~

1) Über Zeitpunkt und Hintergründe der Absetzung Přemysls 1. Bretholz 286 f.

2) Zdic b. Beraun, na = tschech. in

3) Beraun.